

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. & Theol. Facult. Senior, Ad Exequias Quae Suavissime Coniugi Ilsae Bischoffs/ hodie ... in templo Spiritus Sancti, a moestissimo marito, Reverendo & Doctissimo Viro M. Johanne Herberdingio, Verbi divini aede Spiritus Sancti praecone, parabuntur, Omnes & singulos Academiae cives invitat**

Rostochii: Kilius, 1642


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74681349X>


Druck Freier  Zugang




Qvistorp, J.,  
in J. Bishopff,  
uxor. I. Herberding.

R. 1642.







PROGRAMMA  
QVO  
RECTOR  
Vniversitatis Rostochiensis  
JOHANNES QVISTOR-  
IUS, D. & Theol. Facult.



Senior.,

AD

EXEQUIAS

QUÆ.

AVISSIME CONJUGI  
ILSÆ Bischoffs /


hodie horâ mediâ primâ, in templo  
Spititus Sancti, à mœstissimo  
marito,

*Reverendo & Doctissimo Viro*

M. JOHANNE HERBERDINGIO,

Verbi divini in ædē Spiritus Sancti præco-  
ne, parabuntur.,

*Omnes & singulos Academia civēs invitāt.*



ROSTOCHII,

*Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.*

*ANNO M, DC. XLII.*

35

PROGRAMMA

RECTOR

Universitäts-Rectoratus

JOHANNES QVISTOR

USQ. & Theol. Facult.

Senior

A.D.

ALLEGUM

QUI

UNIVERSITATE

1754

hodie hinc in part. in templo

Solius sacrum altarium

Actus

Reverendissimi

M. JOHANNES HERBERTUS

Officiarius

1754

Actus

1754



Arij variè com-  
moda, quæ vita  
conjugalis secum  
fert, recensuerunt;  
repetere horum  
sententias, nec pa-  
gina hæc patitur, nec propositi est  
nostri. placet Unius Gregorij Na-  
zianzeni, quem Antiquitas tanti fe-  
cit, ut ipsi, post Johannem Evange-  
listam, Theologi adtribuerit nomē,  
huc repetere versus; qui in Carmi-  
nesuo, quod inscribitur *παρθενίης ἑπέαινον*,  
postquam Virginitatis laudes retu-  
lisset, tum cælibem, tum conjugia-  
lem vitam pro se loquentem, &  
hanc inter alia de bonis suis disse-  
rentem, ita introducit:

H 2

Kai



Καὶ τὰ μὲν ἐνθάδε ποῖα : τὰ δ' ὕψοσι πολλὸν ἀρείω,  
 Ἀλλήλοισι χεῖρες τε καὶ ἕαπα καὶ πόδες ἐσ μὲν  
 Συζυγίη, διπλῆν δὲ γάμῳ καὶ ἀνακλιν εἴηκε,  
 χάριμα μὲν' εὐμυθέουσι, ἄχῳ δὲ τε δυσμυθέουσι.  
 Ξυγαὶ καὶ μελεδῶναί εἰλαφρίξουσι ἀγίας :  
 Ξυγαὶ δ' εὐφροσύναυ γλυκερώτεραι ἀμφοτέροισι.  
 Τερπνότερῳ μὲν πλεῖστ' ὁμοφρονέουσι πέτυκται,  
 Τερπνότερη πλεῖστο δ' ὁμοφροσύνη χαίρεισι.  
 Κλήϊς δ' ἀμφοτέροισι σωφροσύνης τε πόθων τε  
 Συζυγίη καὶ σφρηγὶς ἀναγκαιῆς φιλότητ' ἔχει.  
 εἰς πῶλ' ἑφίλης σκιρτήματα θυμὸν ἰαίνων,  
 ἐν ποπὸν οἰκιδίης πηγῆς ζέουσι τ' ἀγρευσον,  
 οὐτ' ἐκτὸς προρέον, οὐτ' ἐκτοθεν ἄλλον, ἀρεῖον.  
 Συμφυέες σάρεσσιν ὁμοφρονέες, εὐσεβείης τε  
 Κέντρον ἐν ἀλλήλοισι πόθῳ θήγοντες ὁμοίον.  
 οὐδὲ γὰρ ἔδδ' ἰεοῖο γάμῳ ἀπ' ἀνευθε τίησιν,  
 Ἄλλ' ἔχεται μᾶλλον τις, ἐπεὶ καὶ μᾶλλον ἐπαίγῃ.

Hæc de bonis Conjugij verè, &  
 longè plurima ibidem disertissimus  
 ille doctissimusq; Theologus, suo  
 modo, hoc est, eleganter canit, Cu-  
 jus mentem ita Latinus Interpres  
 exprimit:

*Et ne presentit tantùm prodesse putetur  
 Conjugium vita, non hic sua commoda sistit.  
 Nammerita illius multò majora supersunt.  
 Præstat enim, ut nobis auresq; manusq; vicissim  
 Atque pedes simus: languentes corporis artus*

Ro.

Roborat. ingentiq; hostilia corda dolore  
Angit, latitiã contra diffundit amicos.  
Afflictis animis communis cura medetur:  
Delectatq; magis communis Utrumque voluptas.  
Gratior in thalamo concordĩ copia rerum;  
Rursusq; in thalamo melius toleratur egestas.  
Tuta pudicitia, Veneris quoque clavis utriq;  
Conjugium, obsignans violenti fœdus amoris.  
Unus amicitia pullus, qui pectora saltu  
Exhilaret, proprij sintq; unica pocula fontis,  
Qui nec cuiquam alij pateat, nec effluat extrã.  
In thalamo concors animus, concordia membra,  
Inq; vices acuum solida pietatis amorem.  
Nam nequẽ Conjugium à Christo, veraq; salute  
Abducit: Verũ stimulos quoq; subdit Surgit.  
Verũ, quantò majora sunt conjugij bona, quibus concorditer in matrimonio conviventes conjugati fruuntur: tantò graviores aberbiores & vehementiores sentiunt dolores, quando his per alterutrius obitũ, privantur. Nihil præter verũ me asserere, hi fatebuntur, qui divulsionem suavissimæ Vitæ consortis ex-


perti sunt. Ex te vir Reverende &  
doctissime Dn M. JOHANNES HER-  
BERDINGI, Collega, Compater &  
in Christo frater colende, si quære-  
rem, Quis tibi animus fuerit, atq; e-  
tiamnum sit, quando Conjugem tu-  
am ILSAM, quam in delicijs habu-  
isti; quam tu plus oculis tuis, illaq;  
vicissim te dilexit, ante quatridu-  
um rebus humanis eximi vidisti?  
quando dulcissimū conjugialis Vi-  
tæ vinculum, quod inter te illamq;  
per decennium fuit, mortis violen-  
tiâ rumpi sensisti? Vel hoc vel non  
absimile procul dubio, à Psamme-  
nito Ægyptiorum Rege, regno, & o-  
mnibus bonis exuto, liberos ad ser-  
vilem Conditionem redactos, aquā  
bajulantes cernente, usurpatum re-  
sponsum referrem *domesticum hoc malum*  
*omni*


omni sermone & lacrymis esse majus. At cur frustra te luctu & mœrore conficis? Cur frustra ab animo & oculis supplicium sumis? Non tibi illam votis, non lacrymis, non singultibus revocare licet; & si liceret, ipsa nollet. Permutavit caduca, laboribus & mœoribus plena, cum æternis, lætitiâ & gaudio fertissimis. Sat Tibi esto, quod eam honestissimis prognatam parentibus, Patre Viro integerrimo & doctissimo BARTHOLD**O** **Bischoffen**/ Judicij apud nos inferioris olim Fiscali industrio & fideli, ac matre pientissima, nunc Matriona propemodum Octogenaria *Ingeburge Schelwvichs* hic Rostochij, Anno 1602. natam, piè pudicèq; educatam, Vitæ & difficultatum conjugialium per decennium Consortem, quo cum labores & gaudia divisisti, habere concessum fuerit. Reliquit tibi Lecti pignora liberos quinque, JOHANNEM, BARTHOLDUM - JUSTUM, AGNETHAM-INGEBURGEM, DAVIDEM, JACOBUM, hos respice, his te Oblectare, his te, mœrorem seponendo, serva. Non invide lacrymis Conjugi tuæ vitam illam, quam inter gaudia Cælestia agit. Quid enim aliter de illâ asserere habes, quæ infans Christo


Christo per Baptismum inserta, vitam omnē,  
quantum quidem hæc imbecillitas admittit,  
Christianē transegit, & morti vicina summā  
cum fiduciā animam Salvatori suo, à quā eam  
accepit, reddidit. Recole mente, quæ tibi, quæ  
liberis, quæ matri, jamjā moritura inculcavit.  
Monita illa mente sedeant, quibus te *patrem*,  
ut liberos ad pietatem & virtutes educares,  
matrem, quam reliquit Octogenariā, non de-  
sereres; *liberos*, ut te patrem venerarentur, &  
ad pietatem se componerent; *matrem*, ut te  
generum solaretur, hortata est. Vobis moni-  
ta, & monitis additæ faustæ comprecationes,  
sanctæ sunt. Illa morti vicina Vigésimum  
quintum Davidis Psalmum, & hæc suspiria,  
**Jesu du Sohn David erbarme dich mein** / iden-  
tidem repetendo, ex ergastulo ad cælica con-  
cessit. Ponè eam sequeris, quando is, quem  
penes vitæ & mortis claves sunt, visum fue-  
rit. Nos Academiae Cives mæstissimo Viduo  
condoleamus, & Vulnus quod ipsi inflixit di-  
vina manus, eadem consolidet, precemur:  
Condolentiam nostram, funus ad monumen-  
tū frequentes deducendo probemus. Facite  
singuli, quod vobis olim fieri vultis. P. P.

Rostochij, 7. Febr. Anno 1642.

•§(○)§• •§(○)§•











omni sermone & lacrymis esse m  
frustra te luctu & mœrore con  
stra ab animo & oculis suppl  
Non tibi illam votis, non lacry  
gultibus revocare licet; & si lic  
let. Permutavit caduca, laborib  
bus plena, cum æternis, lætitiã  
fertissimis. Sat Tibi esto, quod  
simis prognatam parentibus, Pa  
gerrimo & doctissimo B A R T  
**Bischoffen/** Judicij apud nos in  
Fiscali industrio & fideli, ac m  
ma, nunc Matrona propemodu  
ria *Ingeburge Schelwvichs* hic Ro  
no 1602. natam, piẽ pudiceq; ed  
& difficultatum conjugialium  
um Consortem, quo cum labor  
divisisti, habere concessum fue  
tibi Lecti pignora liberos quinq  
NEM, BARTHOLDUM -  
AGNETHAM-INGEBUR  
VIDEM, JACOBUM, hos  
Oblectare, his te, mœrorem sep  
va. Non invide lacrymis Conju  
illam, quam inter gaudia Cælesti  
enim aliter de illã asserere habes,

